



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Enchiridion, Sive Manuale Confessariorvm Et Poenitentivm

Azpilcueta, Martín de

Antverpiæ, 1625

De sigillo confessionis. cap. 8.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41661

- 1 Sigillum confessionis quid, & quare sic vocetur.
- 2 Sigillum secreti duobus modis sumitur, & quid sit.
- 3 Sigillum confessionis que includat, & quos obliget, 4. & 7.
- 5 Sigillum omne confessionis est sigillum secreti, non e contrario.
- 6 Confessor non potens confiteri suum peccatum, nisi reuelando confessum, taceat illud.
- 7 Sigillum confessionis etiam post mortem durat.
- 8 Confessarius vt sepe confessionem detegit, num. 9. & 10.
- 11 Sigillum confessionis quando non violatur, num. 12. & 14.
- 13 Confessor audiens multos pueros vt peccat.
- 15 Confessor deponens de sibi confessis quis frangit sigillum.
- 16 Confessor dicens in tali loco admittuntur grauis peccata, male facit.
- 17 Confessor quas pœnitentias imponit prudenter.
- 18 Confessio similitudinaria non inducit sigillum.
- 19 Confessor vt iuste negat, adulteram non esse sibi confessam adulteriũ.

a De pe. dist.
 4. num. 35.
 b In 4. l. sen.
 d ist. 21. q. 3.
 art. 1. q. 3. ad 3.
 l. i. parag. h.
 & l. cum ab
 initio & l. si
 quis signato-
 ribus, ff. de
 quemadm.
 test. apcr.
 d In dicto e.
 sacerdos, au.
 33.
 e 1. qu. 5.
 f In dicto e.
 sacerdos, in
 prin. num. 3.
 cum seq.
 g Cap. inri-
 maui, de
 testib. cum
 eis annoatis
 per Pan &
 Fely. & per
 Iano. & Pa-
 nor. in c. om-
 nis, de pœn.
 & remiss. &
 pœnor. in c.
 qualiter i.
 parag. si vero,
 sub finem de
 secular.
 h In repet.
 capit. inter
 verb. 11. q. 3.
 conclu. 6.
 i Vt infra
 u. 10. & seqq.
 dicerur.
 k Cap. sacer-
 dos, dist. 6.

PRO fundamento dicendorum, decurrantur ea que tradidimus in capite sacerdos, a post d. Tho. b & cōmunem opinionem, dicimus primo, sigillum nihil aliud esse, quam obligationem, vel debitum occultandi aliquid: dicitur sigillum per metaphoram: nam sicut sigillum continet occultam rem obfirmatam in charta vel tabula, e ita obligatio seruandi aliquod secretum efficit, ne illud fiat manifestum.

2 Secundo dicimus, quod sigillum secreti diuiditur in sigillum legis diuine naturalis, quod est obligatio iure ipso naturali inducta ad occultandum aliquid, & in sigillum confessionis, quod nihil aliud est, quam obligatio à lege diuina positua per Redemptorem nostrorum inducta, ad occultandum, quod in sacramentali confessione reuelatur, qui quidem propter multas causas, quas d adduximus, voluit, vt quamuis alia secreta regulariter obseruanda, iuxta cap. qui ambulat, e quod cum alijs citauimus sæpe possint, & debent reuelari, videlicet quando iubet superior, g vel quando occultatio talis secreti nocet animæ corpori, honori, aut rei familiari alterius, vt diximus, h tamen confessionis sigillum numquam est referendum, præterquam in vno casu, nempe quando qui confessus est, ad id facultatem dederit quibusdam conditionibus affectam, i quinimo confessarius qui directe vel indirecte confessionem detegit, siue absoluat pœnitentem, siue non, semper peccat mortaliter, siue id faciat præ timore, etiam ipsius mortis, siue gratia vitandi scandalum, aut commodum aliquod reportandi, vel propter quemcumque alium finem rectum, aut prauum. k

3 Tertio

3 Tertio die
 voluit, vt su-
 ta moralia
 cessario, vel
 peccata non
 est, directe
 fessus est,
 aliquod par-
 mus in capi-
 bis: Caueat sa-
 prodar peccata
 4 Quarto die
 fessionis, no-
 rum etiam
 dierunt, vel
 mediate siue
 5 Ex quibus
 est etiam sec-
 lum secreti n-

Secundo in-
 ro, quoniam
 turali: hoc au-
 naturali, & p-
 Tertio in-
 rum infreger-
 frangit confe-
 talis: quoniam
 contra legem
 referat secre-
 idem promiss-
 6 Quarto in-
 tale, quod nõ
 tione, tenetur
 etiã confitendi
 terit, secundũ
 nisi vnº casus.
 7 Quinto in-
 & laicus, cui p-
 interpret qui
 secretum ob-
 licite, vel illic-
 causa consilij
 res cum oner-
 receptus à Pa-
 forma sacram-
 deo quidem,
 famam, vel in-

3. Tertio dicimus, quod idem redemptor noster Iesus Christus voluit, ut sub illa obligatione non solum includerentur peccata mortalia & venialia, verum etiam eorum circumstantia necessario, vel voluntarie confessa, & quaecunque alia, quae licet peccata non sint, sunt tamen talia, per quae detecta, detegi potest, directe vel indirecte, in genere, vel in specie. eum, qui confessus est, confessum fuisse, se admisisse aliquid mortale, vel aliquod particulare veniale, etiam si leuissimum foret, ut diximus in capite sacerdos, a per dictum caput omnis, b in illis verbis: *Caueat sacerdos, ne verba, vel signo, vel alio quouis modo aliquatenus*

a Num. 68.
b D. non. & remiss.

4. Quarto dicimus, quod hoc sigillo & obligatione secreti confessionis, non solum ipse confessarius remanet obligatus, verum etiam omnes illi, qui confessionem sacramentalem audierunt, vel intellexerunt licite, vel illicite, mediate, vel immediate siue sint clerici, siue laici, siue viri, siue foeminae. d

c Ut diximus in cap. i. in prin. nu. 77. de po. n. dia. 6. d Iuxta S. Tho. Palud. & omnes alios in 4. dist. 22.

5. Ex quibus inferitur primo, quod omne sigillum confessionis est etiam secreti naturalis, non autem e contrario omne sigillum secreti naturalis, est sigillum confessionis.

Secundo inferitur, quod sigillum confessionis est fortius altero, quoniam alterum solum introductum est a lege diuina naturali: hoc autem, de quo in praesentibus, a lege diuina, naturali, & politica.

Tertio inferitur, quod quamuis qui aliquod horum sigillorum infregerit, peccat mortaliter, grauius tamen peccat, qui frangit confessionis sigillum, quam qui alterius secreti naturalis: quoniam ille peccat contra duas diuinas leges, hic autem contra legem naturae tantum. Sicut etiam grauius offendit, qui referat secretum, quod iurauit seruare, quam ille qui solum idem promisit, e uti copiosius in d. capit. sacerdos, f diximus.

e Cap. 22. q. 2. & gloss. in c. iuramenti. cad. caus. q. 5. f Num. 39. de leg. 1. g In 4. sent. dist. 21.

6. Quarto inferitur, quod confessarius, qui commisit aliquod mortale, quod non potest confiteri absque confessione sibi factae reuelatione, tenetur illud tacere, & reliqua confiteri cum proposito illud etiam confitendi quando absque praedicti sigilli praedictio facere poterit, secundum omnes, g quatenus tenet quod, ut dictum est, non est nisi vnus casus, in quo illud liceat reuelare, qui quidem non est hic.

7. Quinto inferitur, quod sicut b diximus, non solum sacerdos & laicus, cui propter aliquam necessitatem fit confessio, i & etiam interpretes qui partes poenitentis, qui linguam ignorat, agit, hoc secretum obseruare tenentur, verum etiam qui casu vel dolo, licite, vel illicite alicuius confessionem audit: imo & is, cui causa consilij petendi ab eo, vel detrahendi reuelatur: quoniam res cum onere suo transeunt, ut iura habent, k & tradit S. Tho. receptus a Panormitano & alijs: l & confessio simul ac fit in forma sacramentali, annexam habet obligationem secreti, a deo quidem, quod iudex nihil deberet agere, aut aggredi ob famam, vel indicium, quod inde oriretur.

h In d. cap. sacerdos. i Iuxta ca. 13. in prin. de poen. dist. 6. k Cap. ex illis, de pig. c. pastoralis, de dec. li. 2. & 3. C. quibus caus. pig. vel hypo. tacit. cont. l In 4. libr. sent. dist. 21. q. 2. ar. 10.

H

Sexto

Sexto inferitur, quod hoc sigillum & obligatio durat etiã post mortẽ, quoniã nascitur ex præcepto negatiuo, cuius vis quoad semper, & pro semper obligat, vt ait S. Th. a & Panor. & alij. b

Septimo inferitur, quod hoc sigillum violauit, veluti diximus, e quidã parochus, qui suo parochiano publice cõquereti quod sibi Eucharistię sacramentũ denegabat, publice etiam in hunc modum respondit: Ne queraris, amice, quod tibi denegem sacramentum, quia habes casum reservatum, à quo ego non possum te absoluerẽ. Nã perinde est, ac si diceret, ille confessus est mihi aliquod mortale: siquidem venialia reservari non solẽt. d

Octano inferitur, quod conf. starius in hunc modum loquens, ille mihi confessus est multa & valde grauiã peccata, cõfessionem detegit, vt nos post Paludanũ e diximus; & etiam ille, qui duarum aut trium personarum confessionibus auditis, de vna illarum sic loquitur: Hic nullum peccatũ mortale habuit: quoniã indirecte videtur significare, alios duos mortalia fuisse confessos, sicut f diximus, adijcietes idem facere illum, qui confessione pœnitentis audita, statim consuluit virum doctum præsentem, à quo quid agendum sit in aliquo casu confessionis quærit, & accepto consilio illico redit, vt eum absoluat.

Nono inferitur, quod hoc etiam sigillũ instringit sacerdos, qui cum ipse alteri cõfiteretur, accusat se absoluisse aliquẽ à peccato simonię, eo modo vt alter sciẽs à quo fuisset in confessariũ electus, facile poterat cõijcere quisnã fuisset absolutus, vt g diximus.

Decimo inferitur, quod grauius errabant quidã confessarij, quos Hostien. h narrat se vidisse ridentes & iocantes, qui sibi inuicẽ confessiones auditas referebãt, dicentes in hunc modũ: Quidam miles, vel quẽdam mulier venit ad me hodie, & illud, aut illud mihi confessi sunt: qui quidem quamuis illorũ nomina non exprimerẽt, per coniecturas tamen facile fueratprehendere, quo in loco etiã reprehendit eos, qui dicunt: ille confessus est admodum bene. Cõfessio illius non mihi satisfecit. i

Neque obstat, quod Conc. Trid. h iussit, vt confessarij imponãt pœnitentias publicas ijs, qui publice peccarunt cum scandalo aliorũ manifesto; vt quos ad malum inuitarunt, eosdẽ ad bonũ incitent, tũ quia noluit statuere, vt confessarij hoc facerent eo modo, quo sciatur eas ab illis fuisse impositas; tum quia nõ loquitur de confessarijs, tũ quia illud esset rũpere indirecte sigillum illud; tũ quia etiã erat sancitũ antea, a vt peccatis publicis imponatur publica pœnitentia: sed illud vt b probauimus, intelligitur in foro mixto exteriori, in quo posset intelligi hoc dictũ Concilij, & non in mero interiori, quod significat dictũ Concilium in tribuendo potestatem episcopis mutãdi pœnitentiam publicam, de qua loquitur; tum quia non est recedendũ ab antiquo iure, quando nouum ad id nos non compellit. Itaq; credo confessariũ non debere palam facere indirecte, quod pœnitens sibi confessus fuit aliquod peccatũ publicum scandalosũ, imponen-

a 2. 2. q. 33.
ar. 2. in corpore quæst.
b In cap. nonuit, de iudic.
Archid. in pr. ne de peccat. dist. 5. & in c. si peccauerit 2. qu. 2. & c. præcepta, de consecr. di. 1. & dicto cap. sacerdos, nu. 53.
d Arg. glo. e. 1. de pen. & rem. lib. 6.
e In 4. l. sen. di. 21. q. 3. in dicto c. sacerdos, nu. 54.
f In dicto c. sacerdos, nu. 57. & 59.

g In d. ca. sacerdos, nu. 56.

h In summa de pen. & remiss. par. 2. in quo tenetur.

i Vt in a. sacerdos, de pen. di. 6. n. 5. diximus.
k sess. 24. cap. de reform.

a In cap. 1. de pen. & rem.
b In c. sacerdos, de peccat. a. mm. 27. & seqq.

imponendo
fuisse data,
pœnitentia
scandalizauit
quos scand.
mo pœnitentia

Vndecimo
de concubi
los peccata
reuelat pec
vifus est reu
explicuisse,
nem, qui di
ui: constat e
rum, pœnit
quamuis Ca
tum teneat
sigillum, qu
tuere, vel re

11 Duodeti
ille, qui acc
blicis vsuran
fronẽ vel ip
per confess
homines, q
manserunt,
publice con
sacramentũ
uelatur conf
ludantum di
potui illos a
video, iam
contra Caie
audiui conf
à suis pecca
non asserit a
sibi fuisse co
summa nubi
& ego ipsur
uelare videt
confessus, v
quod quide
contra mari
cata, vt poss
consanguini
fuisse confe

22 Decimo

imponendo ei poenitentiam publicam, sic ut credatur ab illo fuisse data, quamquam bene potest imponere ita, ut crederetur, poenitentem a se illud facere ad ædificationem eorum, quos scandalizauit, & etiam posset ei suadere, ut hoc significaret illis, quos scandalizauit, dicendo se id facere, quo sciant se ex animo poenitere, percipereque, ne quis eius exemplo peccet.

Vndecimo inferitur, quod contra hoc sigillum etiam facit, qui de concubinarijs, vel alijs publicis peccatoribus asseuerat, illos peccata illa publica fuisse sibi confessos; quamuis enim non reuelat peccata, siquidem iam publica erant, ea tamen ratione visus est reuelare, quia dicit illos talia peccata in confessione explicuisse, ut comprobauimus. e Ille item reuelat confessionem, qui dicit: ille confessus est mihi, sed ego eum non absolui: constat enim eum, qui huiusmodi verba audierit, coniecturam, poenitentem confessum esse aliquod peccatum mortale, quamuis Caietanus, cuius argumentis respondimus, oppositum teneat. Præterea secundum omnes ille etiam infringit sigillum, qui dicit: Ego illum non absolui, quia non vult restituere, vel relinquere concubinam, aut alia peccata.

e in d. de c. sacerdos, n. 62.

d. ibid, n. 64.

11 Duodecimo inferitur, quod non frangit hoc sigillum parochus ille, qui accersitus ad sacram Eucharistiam ministrandum publicis usurarijs, vel alijs similibus peccatoribus, quorum confessionem vel ipse, vel alius audierat, cum illis ita se gerit, ac si nihil per confessionem accepisset, & in hunc modum loquitur: Hi homines, quantum apparet, hucusque in peccato publico permanserunt, & permanent, & publico peccatori quousque etiam publice constet quod desijt esse talis, non debet Eucharistia sacramentum publice ministrari. Nam istiusmodi verbis non reuelatur confessio, neque, quidquam false dicitur, e sicuti post Paulandum diximus. f At vero si diceret: Ego non possum, vel non potui illos absolvere, quia publicam illorum poenitentiam non video, iam tunc violat sigillum, quod nos multis rationibus contra Caietanum confirmauimus. Ille autem qui dicit: Ego audiui confessionem Petri, vel, Audiui peccata Petri, vel, Petrum a suis peccatis absolui, non est sigilli violator: tum quia per hoc non asserit aliqua mortalia peccata generatim vel speciatim sibi fuisse confessa, nec aliqua venialia in specie; tum quia in summa nihil amplius dicit, quam si dixisset, Confessus est mihi, & ego ipsum absolui, quibus verbis nullus confessionem reuelare videtur, vt a diximus, nisi quando aliquis adeo clam est confessus, ut nolit alium scire se tali sacerdoti fuisse confessum: quod quidem contingit, quando vxor fratris ipsius confessarij contra maritum peccauit, confiteturque alteri omnia sua peccata, ut postea reliqua, præter illud vnum, mariti fratri, vel consanguinei confiteatur, qui quidem, si nosset, illam alteri fuisse confessam, aliquid mali suspicaretur.

e in 4. dist. 9. qu. 4. col. 2. f. in prin. e. r. n. 91. & 92. & in ca. sacerdos, nu. 65. de poen. dist. 6. g. in prin. dicit e. sacerdos, nu. 65.

a in d. de c. sacerdos, nu. 68.

12 Decimotertio inferitur, quod non rumpit sigillum, qui dicit:

H x

Ro ad

Et ad audiendum reconciliationem Petri, qui suis minutissimis peccatis, ut solet, caput mihi obrundet. Nam hic solum in genere peccata venialia alterius manifestat. Non est enim violator sigilli, qui sine expressione causa, denegat alicui suffragium in electione praelati, eo quod eius peccata per confessionem cognouerit. Neque ille, qui dicit, Tale peccatum mortale in confessione audiui, dummodo adeo circumspicere & caute hoc dixerit, ut nullo modo possit cognosci persona, quae tale peccatum fuerat confessa, secundum Paludanum, & communem opinionem, b & Adrianum, c quamvis Panormitanus d oppositum sentiat, cuius argumenta satis aperte & sufficienter e dissoluimus: ibi tamen, f adiecimus, satius esse talia verba nunquam proferre, nisi propter magnam proximi utilitatem, & quod viti grauisissimi raro ita loqui deberent, & rarius minus graues, & rarissime leues, quoniam hi facilius, quam illi incidunt in suspicionem criminis de violato sigillo confessionis.

13 Decimoquarto inferitur, quod sacrilega est illa parochorum quorundam consuetudo, audiendi simul multos pueros in vnum congregatos, iam rationis usum habentes, sine vlla necessitate, tum quia poenitentiae sacramento iniuriam faciunt, ipso ad risum & iocum abutentes, g Tum etiam, quia ipsi pueri postea suorum sodalium confessiones alijs pueris manifestant, in quo contra multa praecipua delinquitur, quae in cap. omnis, h & in 4. i habentur, ut h diximus.

14 Decimoquinto inferitur, quod confessarius interrogatus, quid egerit circa poenitentem, quem non absoluit, respondere debet se suo munere iuisse perfunctum: at vero si diceret, se non absoluisse, iam sigillum perfringeret: nam tunc probabilem ingerit suspicionem, aliquod peccatum graue confessum esse poenitentem, vel aliquam excommunicationem incurrisse, vel nolle emendari, quantumuis Caietanus hoc defendere contendat, ut diximus. a

Decimosexto inferitur, quod non rumpit sigillum istud confessarius, qui circa peccatum, quod audiuit in confessione, consilio alterius indigens, eo modo postulat illud sibi dari, ut ex eius verbis nullo modo possit intelligi quis fuerit auctor sceleris. b

15 Decimosextimo inferitur, quod confessarius, qui vocatus in resem ante iudicem, exponit quod in confessione acceperat, quia alio modo id ipsum intellexerat, non dicitur sigillum confessionis dissoluere: dummodo ita prudenter deponat, ac si nunquam quidpiam tale in confessione percepisset, secundum S. Thomam ab omnibus receptum, ut nos id etiam d diximus. Nam si aliquid aliud adderet, ex his quae nouit in confessione supra id, quod ante cognouerat, siue rem ipsam, siue recititudinem augendo, iam fit sigilli violator secundum mentem omnium doctorum, quam Syluester e expressit.

Decimosextimo inferitur, quod nec ille infringit hoc sigillum, qui

b In 4. libr. sent. dist. 21.
c In d. dub. 20 d. In ca. omnis nu. 2. de poen. & rem.
e In vlt. ca. sacerdos n. 72 f. Nam 41.
g App. l. Mima. C. de epil. aud. & parag. h. in auth. de saua. epil. de glo. ca. cum de eorum de vita & hom. cler.
h De poen. & remiss.
i Dist. 21.
k In dicto c. sacerdos nu. 119.

a In praele. quo ca. sacerdos nu. 93.

b Cap. offe. de poen. & remiss. & dicitur in supra cod. cap. l. 1. ap. 21.

c In 4. libr. sent. dist. 21. q. 3. art. 2. d. In d. c. sacerdos n. 61.

e Verb. confess. 5. q. 5.

qui ex licentia concessa co-
alios, quoniam
bauimus, g
16 Deum
dicatur cōf-
nomine lo-
tratur. Nā f-
milibus ven-
prae se feru-
mus h iuxta
17 Viginti
gere poenit-
ille teneatur
re, quando
creto fieri r-
tur, qui sub-
las suis e in-
qui affirmat
posse poeni-
exoriri poss-
positas: ceter-
nec in speci-
cōfessa, hoc
nitentis iust-

Viginti
farius, qui ex
complecti in-
dummodo
Syluester a
quando loa-
si se Petrus i-
di erat, ut ci-
men, ne tun-
18 Viginti
sibi sub sigi-
torum suorum
dam Innocen-
geni flexo,
maus e citan-
19 Ad illu-
mulieris de
tyranno &
teratam esse
respondeo,
eam sibi no-
mente, eo r-

qui ex licentia pœnitētis libere & sponte, & ex iusta causa sibi concessa confessionē detegit, secundum S. Thom. f& multos alios, quorū opinione multis textibus, & rationibus comprobauimus, quod nouā aliā rationem antiquæ definitioni reddentes.

f In 4. h. sen. dicit. 21. qu. 3. art. 3.
g In dicto c. sacerdos, n. 157. & seqq.

16 *Decimonono* inferitur, quod malef. cit. confessariis, licet nō dicatur cōfessionis reuelator, ita loquēdo, in tali loco (expresso nomine loci in quo iudic. confessiones) graua crimina perpetrātur. Nā simplices scandalizātur, existimantes his, & alijs similibus verbis confessiones reuelari, atq; subinde speciē mali præ se ferunt: & ideo ab illis abstinere debemus, sicut diximus.

h In dicto c. sacerdos, nu. 54.
i 1. ad Theff. 5. reletum in exp. um ab omni, de vit. & honest. cleric.

17 *Vigesimo* inferitur, quod non est prudentis confessarij iniūgere pœnitenti multa ieiunia, & graues alias pœnitētias, quas ille teneatur statim à confessione, vel paulo post eam perficere, quando pœnitentiæ fuerint huiusmodi, vt commode & secrete fieri nō possint, b̄sque eo quod ab aliquibus videantur, qui subinde suspicentur propter graua aliqua crimina illas suis iniunctas à confessario, sicut & diximus: quamuis aliqui affirmant propter graua peccata graues quoque imponi posse pœnitentias, dummodo ex eo nulla specialis suspicio exoriri possit, propter ista, vel alia crimina confessa fuisse impositas: ceterum quia confessarius nullo modo, nec in genere, nec in specie potest reuelare aliqua peccata mortalia sibi esse cōfessa, hoc non esse securum arbitramur, nisi consensus pœnitentis iusta de causā datus id iustificet.

k In prælecto c. sacerdos, n. 113.

Vigesimo primo inferitur, quod non facit contra sigillā confessarius, qui ex Petri confessione intelligens, Ioannē fuisse illius complicē in delicto, postea Ioannē de illo crimine interrogat: dummodo nō exprimat: quod rem à Petro acceperit, secundū Syluestr. a imo nec in particulari interrogando sigillum aperit, quando Ioannes verisimiliter suspicari nō potest illud expressisse Petrū in sua confessione: quia nimirum peccatū eiusmodi erat, vt circa illud confessarij soleant interrogare. Caneat tamen, ne tunc quidquam de Petro seisciteretur, iuxta Syluestrū.

a Verb. conf. 166. 3. q. 1. 6.

b Dicta & q. 16.

18 *Vigesimo secundo* inferitur, quod qui reuelat secretū reuelatum sibi sub sigillo cōfessionis, vt vulgo fit, sine sacramentali peccatorū suorum confessione non siagit sigillū confessionis secundū Innocēt. Panormit. & communē, quos reuolimus, d̄ etiā genu flexo, & prauo signo crucis in fronte reuelauit, vt diximus & citantes in hoc Sorum, & Caiet. quem ille non citat.

c In c. omnis de pœn. & re. m. 11.
d In c. sacerdos n. 39. de pœn. dicit. 6.
e In rep. cap. inter verb. 11. q. 8.

19 Ad illud vero dubium, Quid faciet confessarius alicuius mulieris ductus in aliquod deferrum à marito eius nobili, vel tyranno & interrogante, an sua vxor confessa fuerit ei, se adulteratam esse, intentando ei mortem, si veritatem non dixerit: respondeo, quod potest absolute dicere, & si opus est, iurare, eam sibi non esse confessam yllum adulterium, adijciendo mente, eo modo quo dicere obligetur.